

*Urkk. Cod. dipl. Sax. reg. II. 1, No. 155—157, die für den 2. Apr. 1246 das Pontificatsjahr I ergeben, ist die Pontificatsangabe vielleicht gar nicht mit auf den Bischof von Merseburg zu beziehen, sondern nur auf Dietrich II. von Naumburg.*

H[enricus] dei gratia Mersburgensis episcopus honorabilibus viris dominis et  
 5 amicis S[ifrido] decano Misnensi et Jo[hanni] preposito sancte Affre | orationes in domino  
 et paratam ad beneplacita voluntatem. Recognoscimus litteris presentibus protestando  
 quod dominus Sifridus provisor pauperum ancillarum ordinis Cisterciensis in Lipzk a  
 possessione bonorum in Szurlop violenter est ejectus, | cum tamen predicta bona coram  
 domino marchione Misnensi in provinciali iudicio fuerint rationabiliter collata pauperibus  
 10 ancillis superius memoratis, et nos excommunicationis sententiam, quam \*predecessores<sup>a)</sup>  
 nostri felicis memorie E[kkehardus] et R[udolfus] in Wichmannum †tulerant<sup>b)</sup> pro violentia  
 supradicta, ratam servavimus et promulgavimus in eundem. Datum Szwenkove vi. kal.  
 jan., pontificatus nostri anno III<sup>to</sup>.

(S.)

15

10.

*Markgraf Heinrich eignet dem Kloster drei und eine halbe Hufe und den Fischteich in Reudnitz  
 sowie sechszehn Hufen in Lusitz. Leipzig, 1248 Sept. 1.*

*Hdschr.: Or. Perg. Rathsarchiv Leipzig Kasten 85. Das Reitersiegel an Fäden von rother Seide.*

Heinricus dei gratia Misnensis et Orientalis marchio, Thur[ingorum] lantgravius  
 20 et Saxon[ie] comes palatinus omnibus | imperpetuum. Cum super omnibus hiis pro-  
 movendis que ad cultum divinum †proveniunt<sup>a)</sup> fervens | desiderium habeamus, tenore  
 presentium notum facimus Christi fidelibus universis, quod proprie salutē inten|dentes  
 tres mansos et dimidium situs in villa Rudeniz juxta Lipzc, quos Albero burchravius  
 de Liznic a nobis jure tenuit feudali et in manus nostras benivole resignavit, et pisci-  
 25 nam in Rudeniz ad nos pertinentem, item sedecim mansos cum omnibus attinentiis,  
 quos dominus Heinricus de Kirchdorf in villa Lusiz a nobis tenuit et in manus  
 nostras similiter resignavit, ecclesie sanctimonialium in Lipzc jure proprietatis con-  
 tulimus, volentes ut predicta omnia quiete ac libere possideat in futurum. Ne autem  
 alicui procedente tempore super eo possit dubium suboriri, ipsi ecclesie dari jussimus  
 30 in testimonium presens scriptum sigilli nostri munimine roboratum. Acta sunt hec  
 in Lipzc anno domini M. CC. XLVIII, kalend. sept., sexte indictionis. Huic facto  
 interfuerunt frater Bernardus prior de Buch, comes Hermannus de Mansuelt, Albertus  
 burchravius de Aldenburc, Albero burchravius de Liznic, Heinricus et Hermannus  
 fratres de Kirchdorf et alii quam plures.

35

(S.)

9. a) predecessoris. b) tu auf Rasur.

10. a) un auf Rasur.